

A nomen erat Marphadatis uxori, quod animum significat. Præterea: Generosus & egregius Cato regium habet animum. *Plut. in Catone.*

Ante Constantini I. C. de concub. in urbe Romanos maritos quoque concubinas habere potuisse, *Hom. in comm. verb. juris ostendit.*

PRINUS Magister equitum in Francia, spreta Plestrude conjuge, Alpaidem colebat. Id ausum culpæ Lambertum Episcopum Trajectensem, Dodo pellicis frater interemit. Quod patricium continuo manifesta numinis ira, pœnaque atrox infecuta est. Ille enim tinea toto corpore repente scaturientibus, fœdo odore cruciatuque vexatus, in Mosam per furorem rabiemque se præcipitem dedit, Lambertus jam enitescente multis divinitatis signis. *Emil. lib. 1.*

CAROLUS Magnus Imp. præter quinque uxores habuit v. illi concubinas. Ex Mathalgardi suscepit filium Rothildim: ex Gerfrida Saxone filiam: ex Adeltrudi Regina Dragoneum Episcopum Metensem, & Hugonem: ex Adelinda Theodoricum: ex Hmeltrudi Pipinum gibbosum: ex Rachildæ filiam Rothradum: Luitperga & Leonia steriles fuerunt. *Pavimus lib. 2. Imp.*

CONSTANTINUS Monomachus, Habram Scelerenam non modo in exilio, fed etiam in regno habuit: eamque consentiente uxore Zoe in anam adduxit. *Zonaras Tam. 3.*

PHILIPPUS Francorum Rex, repudiata uxore Bertha, Fulconi cuidam creptam conjugem Bertradem pro uxore habuit aliquot annos: donec à Romano Pontifice cogeretur, ea dimissa, legitimum recipere. *Emil. lib. 1.*

SANDALES Illyriorum Rex Florentina mulieris illecebris victus, uxorem Lazari Despotæ F. negligebat. Hæc cum filio Ragusum profugit. Filius Turcorum armis patrem perieciturus est. *Chalcondyl. lib. 10.*

PETRUS Castellæ & Legionis Rex, filias tres ex Maria Padilla pellice genuit, una cum filio nomine Alphonso. Hos sua auctoritate legitimos declaravit, iustitiamque à populo eo loco haberi, ac si noni non essent. Ex Blanca uxore filia ducis Borboniensis, nullos sustulit liberos, quam sine ulla iusta causa ab se ablegavit, quæ non multo post morte coniecta mortem obiit. Fama tamen tenet, Blancham pellicis thori emulæ odio concitatum donasse virum cingulo, cui ille comperit vim incestu magicam, arte vixulam Judæi insertam, & ob eam causam rejectam. Quod factum à Petro favorem avertit Francorum. Carol. V. Gallorum Rex Henricum nothum Petri fratrem, vindictæ causa pulso Petro, in regnum induxit. *Polydorus lib. 19.*

ANDREAS Hungarus, cum primùm esset Joannæ Neapolitana reginae thoro conjunctus, germanam ejus, venustissimam puellam, quæ Duratium tenebat principatum, amans, sursum se illi conjunxit, gravidamque misit in regnum Hungariæ, ubi peperit filium Carolum, Duratium inde vocatum, qui post regnum occupavit, & Joannem in carcere necavit. Regina zelotypa, & suam & fororis injuriam ultura, maritum in palatio Averis noctu strangulari, & in hortos præcipitavit curavit. *Cranzius lib. 10. Metrop. cap. 16.*

GALEACIUS Sforcia Mediolani Dux, cum Caroli Vicecomitis, qui Principis cubiculo adscriptus erat, fororem subigeret, eamque cinædo cuidam suo fruentem dedisset: Carolo fratri occasione dedit cum Hier. Olgiato & Andrea Lambomano contra se conspiranti. *Jovius in vita Galeatii.*

Picenum, quam vulgò Marchiam vocant, Franciscus Sforcia Eugenio IV. Pontifici maximo, rebus Basilensibus occupato, ademcrat. Interim capitur amore puellæ, quæ inter virgines conjugii suæ serviebat, Perpetua vocata, apud Novatienses honestis parentibus orta, forma egregia, & ingenius moribus, nisi potentibus domini decepta blanditiis, virginitatem cum adulterio permulisset. Hæc, cum jam paulatim intumesceret uterus, ad tegendum facinus, quæ sitio qui eam duceret viro responderet. Constitutam nuptiarum die, sponsus in oppido (quod à Francisci curia non longè inhabitabat) letus adventum novæ nuptæ præstolabatur. Ducitur illa multis comitata nobilibus. Sed ingressa oppidum, cum descendere in domum sponsi crederetur, iusta ultrovis pergere, in artem rapta est, nec ultrovis infelici viro videnda sponse copia fuit. Quod cum Blanca, Francisci conjux, Philippi Mariæ Infubrum Ducis F. cognovisset, submissis percursoribus, puellam interfecit. Franciscus, hæc commotus, uxoris tamen iusto dolori ignovit. *Aeneas Syl. c. 59. Europe.*

ERICUS Rex Daniæ, multis virtutibus, & præsertim comitate ornatus, plurimas habuit pellices, quas etiam uxorem ejus Batilda, ex diversis locis accersit, suis manibus compler, & marito, ut ejus favorem sibi conciliaret, misit. *Cran. l. 5. Dani.*

ROTTHENI pro adulterio non computant, si vir habens uxorem cum soluta concubuerit, excepta uxore alterius. *Gaguinus in descript. Moscovis.*

IN ADULTERIO DEPREHENSIS, MIRACULO.

S. Gangulphi Uxor rupta conjugii fide, nefaria commixtione sese polluit. Cujus rei indignitate permotus vir beatus, debitas ab ea poenas exigere statuebat: sed veritus, ne si illi causa necis esset, superioris vitæ innocentiam alieni sceleris nave obscuraret, tandem rem totam divino judicio committit. Accedit interim, ut die quodam cum sola conjugæ præditi fines lustrando circumiret, & ad quandam fontem veniret, ubi uxorem his verbis compellavit: Multa quidem de te, conjux, passim feruntur fœda & indigna natalibus tuis, quæ verane, an falsa sint, certo mihi non constat: sed divina providentia, quam nihil fugit, ut reses habeat, jam certis declarabit indicis. En fons hic propositus est, nec frigidus valde, nec immodice calidus. In hunc igitur manum immitte, & si fundo lapillum extrahere: & siquidem à culpa es aliena, nihil mali patieris: sin autem polluta es, non sine Deo latere scelus tuum. Tum illa, cum inrepedit jurando, falsos de se rumores sparsos assereret, & illos beati viri sermones contemneret, ve cordique adscriberet; incunctanter in fontem manum injecit. Ecce autem simulatque lapillum ad se retrahere conata est, membris omnibus obrigit, abstractaque à digitis & brachio, quousque aqua pertigerat, cute, nihil aliud misera nisi repentinum interitum expectabat. Tunc Gangulphus ad eam: Optatum quidem, inquit, si fidem servasses, omnia tecum vitæ hujus discrimina perpeti, & prospera atque adversa omnia, utcumque fors tulisset, æquo animo suscipere: sed quandoquidem hoc te scelere obstrinxisti, morte quidem digna es, sed meis manibus nolui tibi necem adferre: divino potius te judicio relinquo. Et si quidem dignos penitentia fructus egeris, veniam à Deo impetrabis: si autem tanta nequitia finem non imponeris, cum auctore ejus diabolo flammis gehennæ inextinguibilibus concremaberis. Meo fanè deinceps contubernio nequaquam fueris: Habeas autem tibi, unde possis vitam sustentare, meam propter nuptias donationem. His dictis, cum suos convocasset, ascensu curru ad prædia sua procul in Avabensî terrariorum sita profectus est, pietatis illic & misericordiæ veritas operibus, nullumque tempus solitis virtutum studiis vacuum abire finens. *Fulg. l. 8. cap. 1. S. r. r.*

CASU FORTUITO, COMPOSITO, ASTU.

Consule ea que paulo ante dicta, & que infra tradentur.

ADULTERII PUNITI EXEMPLA SACRA.

Quam atroci pœna animadverterit Deus in adulteros, constat ex historia Judicium. Cum enim in urbem Gabea venisset Levita alienigena cum uxore sua, & Gabaonite filii Benjamin, eadem tanta insolentia abusi essent, ut præ foribus mortua conciderit: filii Israel tanti sceleris enormitate concitati, arma sumperunt adversus filios Benjamin: urbeque eorum succensa, viginti quique millia ex illis occiderunt, eod quod renuissent tradere viros, qui malum istud patravrant. *Judic. c. 19. & 20.*

Eriam in Leviticis cap. 20. jubentur Adulteri obrui lapidibus.

DAVIDI post adulterium cum Uria Hethæo commissum, per Nathan Prophetam Deus nunciavit: Quam ob rem (nempe uxorem Uria assumptam) non deceat gladius de domo tua, eod quod desuperis me, & tuleris uxorem Uria Hethæi, ut esset uxor tua, &c. & postquam peccatum suum agnovisset, addit: Quoniam blasphemate fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. *2. Reg. c. 12.*

Cum Abraham venisset ad Pharaonem cum Sara uxore sua pulcherrima, eamque in domum suam is transtulisset, flagellavit eum Deus plagis maximis, & domum ejus. *Genes. 12.*

ISAAC cum venisset ad Abimelech Regem Geraræ cum uxore

A uxore sua Rebecca, cognito, quod uxor illius esset, præcepit omni populo Rex, dicens: Qui tetigerit hominis hujus uxorem, morte morietur. *Gen. 26.*

Uxor de filius Israel coram straribus suis ingressus est ad scorum Madianitidem, vidente Moyle, & omni turba filiorum Israel: quod videns Phinees filius Eleazari Sacerdotis de medio multitudine, & arrepto pugione, perdidit utrumque simul in locis genitalibus. *Nom. 25.*

Si mechatas quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjugæ proximi sui, morte morietur & mechatas & adultera. *Ibid.*

Si concubuit in adulterio, his maledictionibus subjacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo; putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus diffrumpatur. *Nom. 5.*

Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, adulter & adultera, & auferes malum de terra. *Deuter. 22.*

HISTORICA.

B POENÆ ADULTERII VARIÆ

APUD VARIAS GENTES.

Apud Aegyptios si quis sine vi adulteraverat, virgins cædebat: ut mille plagas; mulier naso mutilabatur. Existimabant enim mulierem se se ad illicitam incontinentiam exorantem, oportere ea parte mutilari, qua maximè facies exornatur. *Diodor. lib. 1. cap. 6.*

Apud Arabes alioque nationes adulteris semper capitis pœna fuit: quod plerique Philolopi prodidere, qui adulterium perjurio gravius crimen censuerunt. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 1.*

PARTH nullum delictum adulterio gravius vindicant. *Alex. lib. 4. cap. 1.*

GNIDANI, qui juxta Lotophagos sunt, pelliceas fimbrias ferre cogebant adulteras. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18.*

Apud Pfidas adulterii convictus per urbem, una cum muliere, circumducatur super cinis, ad dies aliquot. *Stobæus serm. 42. ex Nicolai de Genium moribus hist.*

C. Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insistentibus omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atque ita per totam civitatem circumductam, reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis, habebatur infamis per omnem vitam, & ignominia gratia vivens ducebatur, quod asinum equitaller. Lapis autem nefastus ac derestabilis habebatur, in quo stererat mulier. *Ex Plut. Problem. Erasmi in Adag.*

LEPREI, quos in adulterio deprehendunt, per triduum vincetos per civitatem ducunt, mox toto vitæ tempore contempnibiles habentur. Quod mulieribus itidem fit, nisi quod hæc diebus undecim in foro stare coguntur lanicte, & tunica circumvestite pellucida. *Cal. Rhod. lib. 21. cap. 48. ex Heraclidis politis: & Alex. lib. 4. cap. 1.*

THRACIUS in usu est, non asserere virgines: sed cum quibus libitum est, committere licet. In nuptas autem si quid esset offensum, gravissime animadversionis pœna constituta est. *Ibid.*

Apud Germanos adulteram abscissis crinibus maritus expellit domo, & per omnem pagum nudam verberare afficit. *Idem.*

Adulter Gortynæ in civitate Crete deprehensus, & in judicium adductus, criminique convictus, lana coronabatur. Ipsa vero coronato redarguebat ejus molliorem, timiditatem, mulieriositatem, & æstimata est ei publicè quinquaginta staterum summa: atque ad turpissimam infamiam redacto, omnes ad gerendam in Repub. dignitatem viæ sunt interclusæ. *Ælian. lib. 12. de varia hist.*

TENEDEIUS quidam rex legem tulit in adulteros, ut utriusque corpus securi concideretur: ejusque legis exemplum etiam in filium edidit. Proinde in numismate iustitæ insculpi, altera ex parte securum, altera domus vultus ex eadem cervice prominentes. Cujus rei meminit & Stephani in Vrbiom catalogo. *Plut. in comment. de Pythiis oraculis,* ostendit, securum typum atque insigne fuisse Tenediorum, idque propter canctos, qui sunt apud illos in loco qui dicitur Aiterium. *Erasmi in Adag.*

Memoratur dictum Geraræ cuiusdam Spartiatæ ex antiquis, qui hospiti sciscitanti, Quæ esset pœna apud ipsos in

adulteros constituta, respondit: Adulter; hospes, non invenitur apud nos; quo objiciente: Quid si inventus sit? Taurum, inquit, luitingentem, qui capite trajecto Taygetum bibat ex Euroa. Obstupescite illo, ac dicente: Qui existat hostantus? ridens Geradas? Qui, inquit, adulter existat Lacedæmone? *Plut. in Lycurgo.*

ATHENSIS adulteri mugile plectebantur. Cestreuus est piscis, quem Latini mugilem vocant: ita nunc upatus, quia reliquæ publica Atheniensium pœna intret adulteros. *Cal. Rhod. lib. 27. c. 4.* Puniebantur etiam Paratimo, evulsionem pilorum podicis, quod *apartissæ* vocant. Divites verò pecunia numerata dimittebantur. *Aristophanes in Pluto:* Ille in adulterio deprehensus, propter te non vellitur. *Svidas.*

PLATO de Legibus nono, non modo eum qui cum puero, sed etiam qui cum muliere innupta se miferuerit, mortis supplicio condemnat. Adulterum impunè à viro occidi posse asserit. *Alex. lib. 4. cap. 1.*

Vicus est quidam Atticæ regionis, cujus incolæ Laciadæ, vel Placiadæ vocantur. Apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas poenas daret, im pactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos mixtae magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani fortè non fuissent ad manum, stælo utebantur, id est, ligonis vel securis capulo. *Plut. & Erasmi in Proverb. Laciadæ: & Svidas.*

SOLOM lege sanxit, ut ne ad alendos parentes attingerentur, ut auctor Ponticus est Heraclides, ex meretricibus procreati. Quippe nuptiarum decus qui prætereat, proficitur te non liberorum gratia, sed voluptatis asfiscere mulierem: habetque mercedem suam, neque locum sibi querendi reliquit de genitis, quibus ipsam reddidit probroriam naturam. Adulterum interfecte deprehenditur permittit. Ei qui liberam fecerim rapuerit, vimque intulerit, centum drachmarum præfinivit multam. Idem, filias vendere aut sorores interdicit, extra quam virginem in stupro ab ipso deprehensam. *Plut. in Solone.*

Post Argivum Hyettum, qui primus in adulteros legem sanxit, divus Julius, mox Augustus, gravi coercionem & multiplici pœna adulteria coercuerunt: & Tiberius penam graviozem adulteris sanxit, quod amicitie fœdus ab his corruptum putaret, adeo ut etiam propinquis adulteræ ultra ducentum lapidem exilium indixerit. Domitianus quoque, & G. post illum multi Cæsares, Juliam legem novis editionibus innovarunt: ita ut Severus non solum pœna teneri illum, qui in nuptam adulterium admittit, edicto caverit, sed qui in sponsam: quia nec qualemcumque speciem Matrimonii violare fas est. Sicut incestum admittere lex putavit illum, qui supra virginum matronarumque attentasset, etiam sine furore. Lege Julia de adulteris cautum fuit, ut si qua mulier cum aliquo mechatetur, eumque postea inhonestè copula virum duxisset, five veteris consuetudinis inhonestæ, five criminis pertracta, non propterea adulterii crimen, aut si quid esset offensum, dilui vel extingui, five palam, five clam mechatata fuisset: imò tanquam in confessam, adulterii pœna lege exerceatur, & hoc Jureconsulti censuerunt, legem Juliam interpretati: nam commissum antea adulterium, cum quo se mulier postea matrimonio devinxit, velamento matrimonii non extingui dixerunt. Quo sensu Martialis scribit:

Quod nubes Proculina concubino,
Et mechatum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Julia te notare possit.
Non nubis Proculina, sed fateris.

Alexand. lib. 4. cap. 1.

OPILIUS Macrinus adulteros ignibus cremabat. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 1.*

De matrimonio Saxonum hæc Bonifacius (teste *Gulielmo Malmesburienf. l. c. 64. de Anglis*) scribit, in Epist. ad Etibaldum regem: Pagani verum Deum ignorantes, naturaliter quæ legis sunt, & quod ab initio Deus constituit, custodiunt, quia proptis uxotibus matrimonio fœdera servant, fornicatores & adulteros puniunt. Nam in antiqua Saxonia, si virgo paternam domum adulterio maculaverit, vel si mulier maritalem adulterium perpetraverit, aliquando cogunt eam, propria manu per laqueum suspensam, vitam finire, & super bultum illius incensæ & concremata: corruptorem ejus suspendunt. Aliquando congregato coetu foemineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgines cædentes: & vestimenta ejus abscondentes juxta cingulum, & cultellis totum corpus ejus secantes, & pungentes minutis vulneribus, cruentatam & laceratam de villa ad villam mittunt, & occurrunt semper novæ flagellatrices, zelo pudici-

A dicitur adducta, usque quod eam ut mortuam, aut vix vivam derelinquant, ut cetera timorem adulterandi & luxuriandi habeant.

Anno Christi 659. Longobardorum Rex Rodwaldus occiditur ab homine infima fortis, cuius uxorem violaverat. Marth. Typ. in Theatro vindicta. In Insula Patane que est Indis orientalis, tam sancte servant conjugium, ut si quis adulterium commississe deprehendatur, adultera ad parentes deducta per virum primum, stranguletur ab illo: adulter vero pugione etiam a parente confossus, adulterii poenas exsolvat. Cujus rei exemplum Hollandis eo navigantibus exhibitum fuisse, refert in Historia sua Indis orientalis part. 8. tabula 3. Gotthardus Arthus.

In urbe Ostrogothorum Schennigia Thuronis Longi statua fuit olim, clavam humero gestantis, faxis duobus carena colligata: clava dependentibus: fuit is athleta fortissimus, & pudicitia mulieribus defensor accerrimus. Mos igitur fuit olim, ut deprehensa in adulterio mulier dotem amitteret & hereditatem omnem, essetque in potestate mariti de ea & ad altero pro libito statueret. Quod si adulter mutam a legibus prescripserit perolvere nequiret, tunc duo saxa Thuronia mulieri humero tenus imponuntur, & ipsa, virilibus adulteri funiculo ligatis, ipsam pro plateas civitatis aspicientibus cunctis pertrahere, ac demum perpetuo exilio solum vertere cogebatur. Olaus lib. 14. cap. 16. Septentrionalium regionum.

In ANGLIA, que quondam Britannia dicta est, qui extra matrimonium mulieribus commissit, deprehensi Sacerdotes imperio, die festo in processu cleri ac populi adesse jubentur: & retentis femoralibus, nudi Ecclesiam circumveant, ardenter cereum manu gestantes. Si quem poena pudet, is auro noxa redimit. An. Syl. lib. 1. de Dicitis & factis Alphonso. Consule Tit. Confessio suorum malorum urbana.

MANOMETUS impius de adulterio sic edixit: Omnis adulterans centum ictus suscipiat, in multorum presentia: ut sic tum correptus, tum verecundatus, ulterius ab illo peccato omnibus bonis illicito cesset. Nec quis Deum legemque divinam timens, aliqua super hoc pietate moveatur. AZARA IX. inquit: Mulier adulteri quatuor feminis testibus convicta, in domo, usque dum illi viam Deus aperiat, vel ipsa moriatur, sit detenta: & accendentibus ad illam malum ingeratur, nisi malo relicto benefecerint.

Apud Brasilienses neque filias parentibus, neque sorores fratribus collocari licet: reliquis mulieres sine ullo discrimine sibi matrimonio conjungunt, quas offensione interposita deferunt. In adulterio autem deprehensas vel occidunt, vel tanquam scivas vendunt. Oforius lib. 2. verum Em.

* POENAE ECCLESIASTICAE.

Exempla adulterii puniis in particulari.

In Alemania Otto Comes impudentissimus adulter, & pro adulterio a Constantiensis Episcopo excommunicatus, Dei iudicio turpissimè decollatus a militibus Ludovici Comitis, cuius uxorem publicis nuptiis, eo vivente, sibi nefandissime copulavit. Qui apud monasterium in praedio ipsius constructum a suis sepultus, iussu Constantiensis Episcopi eiecit, & (ut scriptum est) ad sepulcrum asini deputatur. Baron. tom. 11. anno 1014. n. 4.

Sub annum Domini nongentesimum nonagesimum quintum Imperatrix Maria nomine, Regis Aragonum filia, Othonis tertii uxor, ob adulterium publice igne cremata. Crantzius lib. Hist. Saxon. c. 26. Geneb. lib. 4. ann. 997. 1.

Aurelianus Imp. magnae severitatis fuit erga peccata castrensia. Solus omnium Militum, qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita punivit, ut duarum arborum ramis inflecteret, quas ad pedes militis ligaret, eademque subito dimitteret, ut scissis ille utrinque penderet. Joan. Nauclerus vol. 2. Chron. gener. 10. anno 176.

* Leges Christianorum Civiles.

CONSTANTINUS Imperator ad Catullinum rescribens, hanc contra adulteros legem statuit: Oportuerat te publici instituti respectu, confessione detectos legum severitate punire; nec frustra vitam differentium mortuos provocaciones admittere: sed delatum adulteri crimen, & questionibus adhibitis approbatum, pari sceleris immanitate damnare. Quod deinceps in huiusmodi criminibus convenit observa-

ri, ut manifestis probationibus adulterio probato, frustrata provocatio minime admittatur: cum pari familiarique ratione sacilegos nuptiarum tanquam manifestos parricidas infundere culeo vivos, vel exurere iudicantem oporteat. Lib. 4. quorum appell. cap. Theod.

Thimonosus Imperator adulterium feditatem in principe universi urbe sic evertit. Si quando mulier in adulterio comprehenderetur, non coercitione criminis, sed potius accensione libidinis, Romani in eam animadvertebant. Domunculae enim arca, quae adulterium commississet, inclusam impudenter deinde impotentem cuiuslibet voluptatem & petulantiam explete permittebant. Et quod omnem exedit absurditatem, tintinnabula sibi homines libidinosis impuri concubitus tempore accommodabant, ut comota illa resonarent, & praetereuntes quocumque flagitium tantum non lateret, sed potius tintinnabulorum sonitu poena illa cum injuria & contumelia conjuncta indicaretur. Quam & ipsam ubi cognovit, pudicissimus non tulit Imperator, sed tam impudentem & obscenam consuetudinem abolevit. Nam & sistra (ita enim quae ad tantam contumeliam extructae erant, domunculae vocabantur) omnino evertit, & adulteras aliarum legum coercitionibus constitutione lata subiecit. Sic feda illa contumelia plena consuetudine divinis Imperator urbem Romam liberavit. Niceph. lib. 12. cap. 22. Historia Eccl.

Adulter & adultera veneno perempti.

ALBOINUS Longobardorum Rex, omni penè Heretraria & Arimino ac Cispalino Galliae partibus a Bononia Papiani usque omnibus, excepto Brixello, potitus, Veronam se contulit, in qua uxorem reliquit, disponens in ea constituere regni sedem. Ibi vero deconvit exilaratus, Rosmundam uxorem ea patra bibere compellit, quam ex patris ipsius Chunimundi quondam capite a se occisi in poculum redigi fecit, dixitque uxori, ut late biberet cum patre suo. Insevit haec injuria mulieri, atque ulcisci statuit. Helmechildus erat Longobardus forma praestans, & in armis ferrox, qui puellam in obsequio Rosmundae insistentem deperibat: quod cum non ignoraret Regina, effecit, ut puella se illi in concubium daret. Id cum puella recusasset, Regina ancillam movit, ut adolescentem vocaret clanculum: quo veniente, mox abiit. Re, ut iusserat, constituta, induit Regina ancillae vestes, & designatum confidit locum: venit ad horam adolescentens, ac voluntatem adimplevit. Volentem abiit interpellat Regina, ac detegit se non esse ancillam. Causam autem facinoris exponit: Aut, inquit, Rex accusatus peribis, aut eo obruncato Longobardorum regno, & hoc ipso amplexu perpetuo frueris. Tunc vero victus, licet invitus, tamen aggreditur facinus, Alboinum quiescentem, & ad primum vulnus resisteret conantem occidit: eo ad funus maximis Longobardorum lacrymis elato, annua est Rosmundae Helmechildum declarare Regem. Necdum vero affentiri voluerunt Longobardi, sed aliquandiu Reginae comminati arma in illam constituunt. Unde sibi timens Regina, si de publica a Longino habita, quicquid pecuniarum, & regiae suppellectilis habuerat Alboinus, imposuit navibus, & Aluindam filiam secum ducens, adulterumque, Athesi in Padum sunt delapsi, & in Adriatico navigantes Ravennam applicuerunt, ubi a Longino magnis accepti honoribus, aliquot menses quietissimi fuerunt, multa interim machinati, ut Longobardi Italia pellerentur. Interea Longinus forma mulieris, aurique cupiditate accensus, illam percontavit, ut Helmechildum maritum de medio tolleret, atque sibi jungeretur, fore ut regnum Italiae obtinerent. Speravit, si eam habuisset uxorem, Rex fieri Longobardorum. Praebuit Longino assensum impudicissima inconstantia muliercula. Factum est, ut quadam die, cum Helmechildus de balneo venisset, illa veneno poculum infundit portorice, dicens: Si hoc biberis, magnam salutem inde consequeris: qui cum biberet, ac venenum esse sentiret, apprehenso gladio, Rosmundam per capillos tenuit, & venenum, quod remanserat, illam bibere coegit; sicque divino iudicio ambo perierunt veneno. Joan. Naucler. vol. 2. Chronolog. gener. 20. ann. 574.

In adulterio mortui. Consule locum de MORTE, ubi de mortuorum generibus variis.

Pene adulterii perpetrati, cum MATRONIS.

ATHENIENSES maiore poena soliti fuit afficere illos, qui alienam uxorem pretio aut illecebris corrupissent, quam qui eadem

A eadem vi adhibita violassent: illos enim morte multabant, hos vero dupli poena afficiebant, damnum quod illatum esset, astantes. Ita autem Lytius subtilis orator consilium eorum interpretatur, putante eos hoc secutos fuisse: qui enim viam mulierum adhibuerunt, odium habentur ab illis, quas violaverunt; contra autem qui ad stuprum pellexerunt, animos etiam corrumpunt eorum, quas sibi conciliant: atque ita quidem corrumpunt, ut sibi ipsas magis benevolas quam viros reddant, unde omnis viri domus in manu & potestate adulteri statim fit. Valerius lib. 32. cap. 15. var. lect. ex Lyfice oratione.

Gracchus, cum adulteraretur cum uxore Mumii, deprehensus per Mumium, fuit interemptus. Sempronius Musca, C. Gallium deprehensum in adulterio, flagellis tantum caecidit. C. Maevius, L. Octavium nervus tantum contudit. Bihienus Carbonem Achiemum, sicuti P. Servius (Val. Cernium vocat) Pontum castravit. Sallustius deprehensus in adulterio Faustae, Sylle Felicis uxoris, ab Anno Milone (ut scribit M. Varro) iuris castus est: & cum dedisset pecuniam, dimissus, quod Aconius etiam Pedianus in ejus vita significat, & Horat. 1. Sermomm.

C. JUL. CAESAR libere gratissimum ob adulteratam equitis Romani uxorem (quamvis nullo querente) capitali poena affecit. Sueton.

Jul. Anton, eo quod in nocturnis comotationibus rem multoties habuisset cum Julia VIII. filia, cum quibusdam aliis viris illustris, qui propter id suspecti Augusto erant, occisus est. Dion. in Augusto.

AUGUSTUS Caesar Proculum ex acceptissimis libertis morti coegit, comperit adulterare matronas. Suet.

OTHONE I. Imp. in Italiam cum exercitu profecto, proci dit ad pedes ejus mulier, quens, quod per vim passa esset stuprum, ac rogans iustam legem vindictam. Imperator vero obstinationem, ad reditum suum rejiciebat legis executionem. At mulier vicissim: Quis tuum, inquit, tibi Rex, hanc tam atrocem nihil illatam injuriam in mentem revocabit? Tum ille suspiciens in proximam Ecclesiam: Haec, inquit, erit testis inter me & te, & in signum iustae ultionis. Sicque illam dimisit, ipse vero cum suo comitatu progressus est. At cum pedem rebus in Italia pacatis referret, ac videret Ecclesiam, recedat simul delatae querimoniam: Iussit itaque advocari mulierem. Quae cum statim advolasset ad regem, sic eum alloquitur: Serenissime rex, vir, de quo sum olim quæsta, nunc mens est maritus: perperie ex eo, & injuriam abolevi. Non sic, inquit, rex, per Othonis barbam sentit dolabrum, nam inter vos facta collusio, facis legibus non imperat; iustitiae equum securi percussit. Crantzius lib. 3. Metropol. cap. 12.

JOANNES CARONGIUS, eques Francus, petegrinandi causa domo profectus erat, Jacobus Grifus ad ejus uxorem formosissimam, sub praetextu arcis Argentolii visendae causavens, cum nihil sinistrae de eo mulier conciperet, per vim stuprum intulit. Uxor marito reverso facinus indicat. Ille, cum Grifus facinus negaret, duellum offert, Petro Alenconio dnce, in cuius aula vivebat, refragat. Senarus Parisiensis concepit, diemque certaminis edixit. Rex ipse Carolus VI. spectator aderat. Carongius uxori, presentia sua maritum animanti, & adulterum terrenti, dato oculo, admittit equis, in femore vulneratus, in pedes desiliit. Grifum prostravit & occidit. Grifus carnificis unco tractus, in crucem sublatus. Carongius mille Francis donatus, anno insuper cc. Francorum stipendio a rege ornatus est. Gagynus.

REGINIS.

Sub ann. Dom. 995. Imperatrix Maria nomine, Othonis III. uxor, ob adulterium publice igne cremata est, inquit Crantzius lib. 4. Saxon. cap. 26.

Anno 1313. sub Philippo Pulera Francorum Rege, nutus regie, Margarita Ludovici Hutini Regis Navarre, Bianca Caroli, apud Mallubri monacharum cenobium deprehensa sunt in adulterio, & convictae die Martii a resurrectione Christi: graviter suspicium de Philippo & Gualtero Danoyllis Andegavensibus earum amatoribus sumptum, excoctis primis, inde suspensus. Joanna Philippi absolvitur. Ludovicus, Margarita muliere defuncta, & qua Joannam filiam suscepit, Clementiam Regis Hungariae filiam ducit. Carolus filius Biancae libellum dat repudi, & Joannam filiam Comitis Ebronis uxorem accipit. Chronicon Francorum, & Fulg. lib. 6. c. 1.

Pandulphum Alopum (cui Joanna regina Neapolitana, E Ladislat foror, ejus amore perdit, erati praefecerat, ingentes opes, & totius regni procuratorem detulerat: adeoque profugato pudore erat obnoxia, ut ab imbelli impudicoque juvene, ipsum Stortiam virum fortissimum, infontemque, carcere includi pateretur) securi percussum, triduoque insepultum Neapolitani in foro spectarunt: quibus Jacobus & Narboneus Gallia Regia stirpe natus, & Joanna in matrimonium acceptus, qui cum & Stortiam in custodia servabat, ipsum Alopum in reginae stratis occultatum deprehensumque cepisset. Jovius in vita Sfortia.

ALIIS QUIBUSVIS.

Cum quidam Diogeni referret, Dydimonem adulterum comprehensum: dignus, ajebat, ex ipso nomine suspensi, Didymi enim Gracis sunt testiculi; voluit autem puniri eo membro, quo peccaverat. Sic Phinees in sacris litteris trucidavit Israelitam, cum scorto Madianitide se commiscerent, in locis genitalibus. Laert. lib. 6.

DIOXYSTUS senior intellexerat filium suum, cui principatum destinabat, ingenitum viri conjugem consuprasse, & iratus rogabat: Numquid unquam simile in patre commiserit? Cui adolescens: Tu patrem non habebas Regem. At nec tu filium Regem es habiturus, subintulit ille, nisi talia desinas perpetrare. Tyrannus in filio crimen exheredatione dignum estimavit, quod hodie Regibus plerisque ludus est. Plur. in Apoph. reg. & principum.

* BESTIA ADULTERII VINDICES.

Quin & bestiae adulterium detestantur & vindicant. Ita Guitel. Parisiensis narrat, Tempore meo Ciconia tanquam de adulterio convicta, per ostium masculi sui, neicio qualiter accusante eam masculo, a tota illa multitudine deplumata est, & dilacerata, tanquam omnium iudicio adulteri convicta.

CUCULUS ob id probrum est avium, quod aliarum ova & pullos invadat, & excludat. Plin. lib. 2. c. 9.

Consule Tit. de infelicitate, ubi nonnulla de hac re.

CLEMENTIA ERGA ADULTEROS, ADULTERAS, PELLICES, PROCOS.

Cum ad Pisisratum esset delatum, adolescentis cuiusdam amore matrem ejus deperire, ac furtim habere cum eo consuetudinem, formidante atque abnuente plerumque, vocavit adolescentem ad cenam, ac cenatum rogavit. Ut acceptus esset: Eautè, inquit. Tum Pisisratus: Hoc tibi quotidie, inquit, paratum erit, si fueris matrem gratus. Plur. in Apoph.

Cum Thrahybulus, sive Thrahymedes, qui amabat ejusdem filiam, hinc in occursum osculum tulisset, simulante cum uxore in illum: Si didisse oportet, inquit, eos qui diligunt nos, quid faciemus odio profrequentibus? puellamque ei collocavit. Plur. in Apoph.

Philippum Macedonem, proditum monumentis est, Thesalicam mulierem amasse ad certis. Irroborat inde opinio vehementis, veneficis circumventum ab ea Philippum, atque ita ejus mentem prepediri illaqueatam: qui mos in Thessalia nimio plus frequens erat. Id quum inaudisset Olympias, mirè optabat quandoque in potestate sua habere mulierem. Quum se offensusset occasio, accessit eam jubet. Quam ubi est conspicata forma praesignem, loquendi non imperitiam, prudentiae haud proflus expertem: *χαρὴν ἔσται, ἢ καὶ ἰδὼν ἄνθρωπος, εἰ δὲ ἴδῃ τὴν ἄνθρωπον, εἰ δὲ ἴδῃ τὴν ἄνθρωπον, εἰ δὲ ἴδῃ τὴν ἄνθρωπον*. Valcant, inquit Olympias, intentatae calumniae. Tu quidem in te ipsa veneficiorum vim habes. Celius lib. 16. c. 6. Antiq. lect.

BYZANTIUS quidam, quum moechum in uxore desortum deprehendisset: Miser, inquit, quid opus erat Sapratore dote? Significans, feminam tam desortum non futurum fuisse qui concuberet, nisi dote conductum. Nunc quum illa nacta esset gratis adulterium, quid opus erat Sapratore marito dare dotem, quum esset qui gratis hoc faceret? Erasim. 6. Apoph.

PAULUS, cognomento simplex, uxorem suam cum adultero deprehendens, ne tantam injuriam ulcisci cogere, domo excessit, & se monachum fecit, magnique Antonii dignus evasit discipulus. Denique manus illas, quas a vindicanda ignominia continerat, ad Deum porrigens, miri petuit quod non imperarit: maximeque in faciendis miraculis insignis fuit. Marulus.

A essent perlata, ut omnium doctrinam, quae summa erat, ferè & rata haberent, & sequerentur iudicantes. Franc. Maurantius Perulianus in eius vita.

THOMAS MORUS Anglus, cum advocacionibus adhuc aleretur, nulli non dedit amicum utileque consilium, magis illorum commodis prospiciens, quam suis: plerisque solitus persuadere, ut litem conponerent, minus enim hic fore dispendii. Id si minus impetrabat, tum rationem indicabat, quae possent quam minimo dispendio litigare, quando quibuscumque hic animus est, ut libris etiam delecentur. In urbe Londinensi, in qua natus est, annos aliquot iudicem egit in causis civilibus: id munus ut minimum habet oneris, (nam non fedetur, nisi die Jovis usque ad prandium;) ita cum primis honorificum habetur. Nemo plures causas absolvit, nemo se gessit integritas, remissa plerisque pecunia, quam ex praescripto debent, qui litigant. Siquidem ante litem contestationem actor deponit sex drachmas, totidem reus, nec amplius quidquam fas est exigere. Erasmus in eius vita.

Fuit in Britannia minore quidam presbyter Ivo vitae sanctitate celebris, sed edo celebrior factus, quod omnium viduarum, pupillarum, & pauperum causas defendendas susciperet, & gratis iudicia exerceret. Erat enim & S. Theologiae, & juris utriusque scientia clarissimus, unde cum tanta cura & sedulitate pauperum causas susciperet, merito toto orbe. Advocati pauperum nomen & laudem promeruit, ac Advocatorum patronus unicus reputatur. A scriptis est Divorum catalogo, unus de numero Advocatorum, cum de nullo alio ex illo ordine beatum esse confert, a Clemente Papa VI. anno Domini m. ccc. xlviii. die xix. Maji. Svirius, Baronius, & alii plures in Martyrolog.

A V A R I C U P I D I.

TREBONIANUS sub Justiniano Imper. praefectus & quaestor, Macedoniae f. avaritiae usque edo deditus erat, ut jus & fas venale haberet. Singulis diebus & leges ferebat, & latus revocabat, uti indigentium usus, a quibus pecuniam acceperat, postulare videbatur. Cum diu post indeperum horum supervixisset, morbo tandem deceffit: ab aliquo priorum nulla affectus injuria, quod videlicet sermone comi blandoque erat, & avaritiae morbum doctrinae praestantia C velaret. Cuspin. ex Suida.

ANGERUS RAUS, Jurisconsultus Neapolitanus, nudatis vertebus lignea pala graviter se ab ancilla verberari iussit, gravi poena, ni obtemperasset, ancillae proposita, quia oblatam sibi a cliente pecuniam, quod argentea non esset, repudiasset. Pro qua mutanda cum a se clientem acerbius oburgatum dimississet, ille indignè id ferens, statim cum adversario patris liti cessit, neque ad advocatum rediit. Nihil hoc homine abiecit: quem cur avatum potius quam servum nominem, causam nullam video. Pont. cap. 7. de liberal.

JASON MAYNUS, Jureconsultus clarissimus, consilia sua gravi vendebat pretio: ea tamen pacione, ut si causa cecidissent consultores, se continuo redditorum polliceretur. Jovius in elogius. Quod ipsum erit fortasse qui bonae fidei tribuat, cum quilibet mercem suam, quantum libeat pretio, addicere liceat. Atqui ut hoc licere videatur, non decere tamen hominem eruditionem, eundemque pari passu supabat avaritiam. Advocatus de quota litis pacisci lege interdicitur. Raphael Fulgosius, maximi nominis I. C. cum juvenis esset, a consultore partem litis evictae salarii nomine acceperat. Ceterum aetate maturior, cum in l. sumptus, ff. de patris incidisset, quo loco diserte pacta ista prohibentur, quaecumque acceperat, cum seniore restituit. Cujus exemplum utinam multi alii imitentur!

Parvulus tempore Ludovici duo fuerunt Advocati compartes. Ad horum alterum cum venisset bonus quidam vir, sed fortunae renuortis, rogat ut causam ipsius in foro adversus rusticum antagonistam, opibus magis instructum, agat. Annuit ille, atque horam constituit. Ceterum paulo post cum rusticus alterius partis adversarius rogasset eundem, ut sibi adversus alterum adesset, multoque majorem polliceretur praedam, quam illi, etiam huic operam suam promittit. Redeunt primo se excusat, quod cum adversarii partes acturus sit, ei promissam operam praestare nequeat. Ablegat tamen eum ad alterum procuratorem, & compatem suum, cum hac commendatione: Compter mi, venerunt ad me duo capones pingues: ego pinguiorem cepi, alterum vobis mitto: plumetur is a parte vestra, & ego plu-

mabo alterum. Fr. Oliverius Maillardus in explicatione ferè 1. Dom. Adventus.

De horum genere loquitur Cassiodorus, dum ait: Hi sunt qui causas protendunt adhibiti, impediunt praetermissi, fastidiunt admoniti, obliviscuntur locupletati. Hi sunt qui emittentes, vendunt intercessionem, deputant arbitros; iudicanda dictant, dictata convellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendo, retrahunt transuentes. Cassiod. sup. Psalm. 73.

Non incutit Ovid. lib. 1. Amor. Turpe veor miseris magna defendere lingua: Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

P R U D E N T E S.

Pulchrum est quod circa hoc argumentum scribit Alanus de conquest. naturae. Si quis armatus est pecunia, tanquam loriceis argenteis, torrentis impetum Tulliani, fulgur incurfus Hebrei, robur virtutis Herculei, versipelles Ulyssis vilipendit astutias. In tantum enim fames habendi incanduit, ut Dialectica muta sit subtilitas, Rhetoricae languescat civilitas, ubi numerorum peroratur pluralitas. Vide locum de Causidiciis.

Cum vetarem Demostheni aliquando Athenienses, in concione verba facere: pauca habere se, ait, quae ipsis referret. Quibus conticefcentibus: Adolefcentis, inquit, sub aetate tempus animus Athenis Megaram conduxit. Flagrante meretricie sole, uterque eorum a finis umbra quarebat se regere, repellatque alter alterum: atque hic locasse praetendebat se finem, non ejus umbram: qui cum conduxerat, omnem ejus usum suum esse. Quae postquam narravit, recedebat. Resistentibus eum Atheniensibus, atque, ut absolveret sermonem, rogantibus: Itane verò de a finis umbra, inquit, vultis audire: dicentem de rebus seriis non vultis? Plus in vita Demosth.

Ancilla quaedam pecuniam depositi nomine a duobus hospitibus acceperat, ea conditione, ut illam simul utriusque redderet. Horum alter, intersecto tempore, tanquam mortuo socio, equaliore obitu, deceptus omnes numos abstulit; supervenit deinde alter, & depositum petere caepit. Haerebat misera in maxima pariter & pecuniae & defensionis penuria. Sed opportunè ei Demosthenes patronus adfuit. Qui in advocacionem venit: Mulier, inquit, parata est depositi fidem solvere: sed nisi socium adduxeris, id facere non potest: quoniam, ut ipse vociferaris, haec dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur. Iudices pro re praudent pronunciant, & prudenter monenti Demostheni paruerunt. Val. Max. lib. 7. c. 3.

Phryne amica Hyperididis, cum Athenis de impietate causam diceret, & Hyperidi proxima damnationi videretur: ea in medium producta, difficilis veste muliebri, peccata iudicis ostendit. Admirati iudices eximiam ejus pulchritudinem, quam Plato naturae privilegium appellat, Socrates tyrannidem, dimittebam esse censuerunt. Plus in Hyperide.

Cum aliquando Respublica Patavina, invidia praediorum, quibus Patavinus clerus afflueret abundat, strauisset capitalem penam, si quis de restituenda aqua monachus dives Justinus senel intercepit amplius in Senatum referret; Beldomachus Bobius I. C. & advocatus Patavinus, requisitus a Galberino Musato, Abbate D. Justinae canobii locupletiss. ut in tali negotio sibi aliquid idoneae opis suo patrocinio praestaret: ipse convocato de more Senatu, impetrat; & dicendi venia, fretus sua eloquentia, & suggestu maxima facundia caepit auditorum benevolentiam captare. Laudans primum supra modum Pataviae urbis pietatem erga Deum & Sanctos ejus, valdè extollens Profecum, Dancilem Leviticum, Justinam, & Antonium, tuelares divos, patriae patronos, quorum ope ab imminibus & manifestis periculis Pataviae saepius fuerant liberati: mox eorum bona ac fortunas in hoc saeculo illis accurate commendans: atque hoc pacto artificiosè & rhetorico more insinuat, quod si Justinam poscere à populo Patavino, cui toties in afflictis rebus praesidio fuerat, jusaque, quod sibi inique interceptum aliquando fuerat, iuste aliquando restitui. Et interrim super his nulla de monachis facta unquam mentione, ita concinnè, ita eleganter aptèque differuit, ut sententia de aqua restituenda, absque contradictione, protinus fuerit ab omnibus approbata. Atque ita callidè penalem constitutionem pia cavillatione deluit, cum non monachos in sua intercessionem (quoniam edicto publico verabatur) sed divam Justinam, restitui se ad jus suum pristinum polentem, introduxerit. Bernardus Scaur. lib. 3. histor. Pat.

QUI

AQUI NON POSSINT ESSE ADVOCATI

Primum. Impotentis natura vel fortitudo; puta muti, surdi, furiosi, amentes.

2. IMPUBERES, saltem usque ad annum xviii. quia iudicio carent sufficiente ad causas agendas.

3. INFAMES nequeunt esse procuratores vel advocati. Item feminae, & qui capitali crimine publico iudicio sunt condemnati. Vide Tit. de postulando 1. lib. 3. c. infames.

4. CLERICI, sive Saeculares, sive Regulares, nisi forte causam Ecclesiae vel monasterii agant; idque de licentia superiorum. Ita Conc. Tarraconen. & habetur 16. q. 1. c. Monachi, c. ex parte de postul.

ADVOCATI IN PRETIO HABITI.

LUDOVICUS XII. Galliarum Rex, cum Lutetiae moraretur, quoties liliati subfelliis jus dicebatur, de more intererat, & diversos causarum actores patrocinio suo fovebat. Dicebat autem illos fororum artificium sibi vindicare: nam sicuti altum dentibus producit, ita illi dilatatans prudentibus responsis, & Caesarum decretis occupantur. P. Emil. in vita Lepidum est, & dignum auctore à quo profectum, quod B subjicitur. Altercatio influita erat coram Francisco Stortia Mediolanensi Duce, an Medicus Advocato praeponeudis, num è contrà. Dumque argumenta utrinque proponuntur, sic ut ambigua redderet deliberatio: Morio qui forte intererat, prolata voce, Non videtis, exclamat, si quando latro supplicio afficiendus, quod praecedat ipse, subsequente roretur? Inurbana hac parabola, Advocatum, quem latronis nomine quod latenter nummos emungat plerumque; Medico, qui nonnumquam per incuriam & imperitiam causa est mortis multorum, idèoque latronem nuncupabat, praeponeudum insinuat. Corrozetus in Facetis.

Interim res certa est, olim Advocatos exacto tempore advocacionis ad dignitates fuisse evectos. Erant autem Advocati praetoriani, qui ad fidem patronatum admittentur: sed munere illo defuncti, dimmodo cum laude annum integro gessissent, Conditioarii Comites abscedebant. Hinc Jul. Capitolin. de Macroino affirmat, quod advocatus scisci fuerit, & inde ad amplissimam pervenerit.

ADVOCATIS NON UTI AD LITES PER UTILE.

Mota aliquando quaestione coram Ludovico XII. Galliarum Regi, quidnam oculis potissimum proficeret illud angustus illius usurpabat, ni Pragmaticum, Causidicumque nunquam videris. Sentens tunc hominem demum vitam à perturbatione alienam ducere, si nullis litibus & civilibus controversiis implicetur, quarum causa, patronos, & causidicos requirunt. P. Emil. in vita L. Beyerlinck in Apoph. Chr. tit. Advocatus.

Quere Titulum de Causidiciis. Iustus Lapsus Abrahama Orcelli cineres in Ede S. Michaelis Antverpiae memorabili inscriptione exornans, ejus encomium vel exinde delinuit, quod aetatem usque ad maturitatem exegerit sine lite. Erat enim pacis amantissimus, unde advocatorum patrocinio nunquam usus, cum nunquam materiam excijtante liti in senem admitteret, aut aliis praerberet. Consultae locum de Litibus.

Aedificium. Aedificatio. Aedes.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AEDIFICATIO, Graecè οἰκοδομή, & οἰκδομή, architectus & οἰκοδομος, aedificium. Dicitur autem aedificium omnis constructio, ut puta quadrige, currus, portus, pontes navium, & aliorum hujusmodi. Aedificii quoque appellatio non solum superficiei significat, sed solum quoque ipsum, cui aedificium superpositum est, Ulpianus putat.

Aedificatio est actus rei aedificabilis. Themist. in Phys. Arist. l. 3. c. 27. text. 11.

Aedes in singulari ferè pro domo sacra usurpatur. Et vult Varro, ab aditu vocem deductam. Alii, quod in ea edere soleamus. Sunt qui ab aedificiis, id est, sedes, deducunt. Illis accedo, qui ab aedificiis, id est, perpetua mansione dictam autumant. Aedilis initio dictus est Magistratus, qui aedium non tantum sacratum, sed etiam privatarum curam gerebat. Postea hoc nomen & ad magistratus translatum est. Dicitur est autè Aedilis, quod facilis ad eum plebi aditus esset. Sed & Aedilitas dicebatur eadem dignitas: sicut Pontificatus. Pomp. Festus Aedilem Budaei & Theodoros Gaza aedificiorum vertit

Plus, & alii munus Aedilitium, ἀγορανομία, Aedilem ἀγορανομος appellant. Vide paulo post locum de Aedilibus.

In Sacris autem verbum Aedificandi accipitur pro officio docendi, juxta quam acceptionem Paulus se vocat Architectum, 1. Cor. 3. Et Ecclesia etiam nomine Aedificacionis appellatur eodem loco, & c. 2. ad Ephes. Ac trito jam vocabulo inter Scriptores sacros edificatio idem valet, quod bona conversatio. Ad Rom. 14. & 15. & loqui verbum aedificacionis dicimur, dum ea proferimus, quae proximo utilia sunt ad salutem. Hinc illud Pauli 1. Cor. 8. Caritas aedificat.

EDIUM INVENTORES.

Quere tit. de Inventione, & inventoriis. AEDES AD HABITANDUM

VARIAE. QUO LOCO. Infraterram. In Cavernis, speluncis. INSDRUM magna pars in subterraneis aedificiis vitam degit.

DARDANI, Illyriorum natio profus agrestis, sub fimo speluncas defossas incolunt: studio tamen capri muscae, tibias & fides, & id genus instrumenta usurpant. Strabo lib. 7.

ETHIOPES in subterraneis domibus cum filijs degunt. Alex. lib. 5. cap. 25.

TRAGLODYTAE pecus habent pro domibus. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 25.

BALEARES in faxis concavis & cuniculis, ad corporis magnitudinem dimensis, habitant. Mardorum gens specus infodiunt montibus, in quos se, conjuges, & liberos recipiunt. Ligures montani speluncas & vastissimas specus incolebant, idem.

In aquis. PEONAS, Praesidem paludem incolentes, non cepit Megabyzus Darii praefectus: tentavit tamen expugnare eos. Incolunt autem hunc in modum. In media palude compactae erant sublicae, tenuem à continente ingressum uno ponte habentes. Has sublicas tabulata sustinentes olim communiter omnes clades struiebant. Mox hec lunc in modum statuendum censuerunt, ut pro singulis uxoris, quos quis defigeret sublicas è monte sumptas, cui nomen est Orbelus. Hoc habitantes modo, obtinent singuli super ea tabulata turrium, in quo degunt, & fores inter tabulata compactas, deorsum ad paludem ferentes. Parvulos liberos per pedem refte alligant, metuentes, ne illi in aquam devolvantur. Herod. lib. 5.

Ruri, In agro, In urbe. ESCULAPII delubrum extra muros erat ROMAE, quia commorationes rusticas urbanis salubiores ducebant. Sic etiam Graecis in locis celsis ferè & apertis locata sunt Esculapii fania. Plat. in quest. Rom.

In Arboribus, Sylvio. APUD ETHIOPES Ichthyophagos arbores quaedam juxta litus plurimae nascuntur, imminentes mari: has frequentibus foliis, fructu verò simili nuci castaneae, simul connectentes, umbracula sibi constituunt: ubi in litore pariter & mari commorantes, vitam agunt, tum solem effugientes arborum umbra, tum continua maris unda, ventorumque aura aetum mitigante. Diod. lib. 3. cap. 3.

HEPTACOMETAE Barbari sunt in Ponti regione, quorum nonnulli super arbores degunt, alii in turribus.

SEYTHAE calvi sub arboribus cubant, perhyemem quidem ubi arborem pilco albo firmoque contexterint, per aestatem verò sine hoc pileo. Herod. lib. 4.

HYPERBORAE nemora vel luci, aut sparsa tuguria domus sunt. Nam praetas sylvas & rupos in vias incolunt.

In Carribus. SCHYTAE Nomades, quia sili per agros sunt, carris, quocumque fors tulit, pro tecto & late utuntur. Proinde ex re Hamoxobiorum nomen traxere. Hip. de Aere.

LAPONES domos non habent, sed tabernacula quasi castrensia: mansionesque saepe transferunt, hamoxobii sunt. Tac. Zieglerus in Scomia.

QUA MATERIA?

Ex Arundinibus, foliis.

EGYPTII prisca domos ex arundinibus consiciebant: cuius rei vestigia penes Aegypti pastores permansere: nulla alia nisi ex calamus facta habitacula probantibus. Diodorus lib. 1. cap. 4.

In

A. In MEROE ex palma ædes, & ex aliarum arborum ramis & foliis conficitur.

ÆFRORUM pastoralium domicilia sunt ex virgultis compacta, suspensis circa lentiscolis, & ea quoquo versus versantia. Herod. lib. 4.

BRITANNI & SUEVI primitivis in tuguriis una cum armenis habitant. Alex. lib. 5. cap. 25.

ATHENIENSES, cum antea pæcus & saltus incolerent, primi lateritias ædes calce & cæmentis construxere. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 25.

PARAMESIDÆ, agreste hominum genus, Bactrianis ad Occidentem conjuncti sunt. Tuguria latere struunt in montibus, foramine supernè relicto, unde lumen accipiunt. Altitis præmuniuntur nivibus.

GALLIS domicilia pluteis & cratibus intexere mos erat, Massilienses ex paleis sibi domos conficiebant. Alexand. ab Alex.

In promontorio Africæ, quod porrigitur usque ad Herculeas columnas, est effossio salis, decem dierum itinere, cujus incolæ domicilia sua faciunt ex micis salis. Isti enim jam tractus Africæ vacant imbribus: nam si plueret illic, non possent manere parietes salis. Herod. lib. 4.

Qui sunt versus Arcum Æthiopes Ichthyophagi, ex costis cetorum incurvis, quas mare plurimas effert, ex utroque postis latere, colligati que, quas maris alga operiunt, habitacula sibi extruunt, ad evitandas æstus, natura sibi artem ex necessitate ad te tuendam repertiende. Diod. lib. 3. c. 3.

CHELONOPHAGI Africæ populi, partim ex alga, partim ex testudinum testis domos adversus tempestates regunt. Alex. lib. 5. cap. 25.

SPITHAMEI Pygmæi ex ovorum putaminibus & pennis ædificia comparant.

QUO ORDINE.

HAMMONI populi Africæ, dispersis tuguriis habitant. Medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum.

GERMANI præsci non coherentibus ædificiis habitabant, sed suam quisque domum spacio circumdabat, propter metum incendiolum. Alexand.

BURGUNDIONES dicti sunt, quod olim vicis habitarent, qui eorum lingua Burgi vocantur. Græcis πύργος, à communi ignis, in turris.

QUA FORMA.

Magnifica, Sumptuosa.

MEDI diversa foria habent magnis recessibus circumdata, & nemoribus manu confitis.

ARABES & SABÆI, limina, postes, cellas, fulcimenta, parietes, & domorum tecta habent augustissima ex ebore, auro & argento, atque sumptuoso lapide & smaragdo, luxu ingenti; laquearia verò citro & ebore extructa, qualem Alcinoo domum Homerus tradit, auro, argento, electro atque ebore fulgentem. Alex. lib. 5. c. 24.

In tantum magnitudinis Romæ urbis ædificia processere olim, ut tota ædificiis exurgeret in quatuor aut quinque contigentiones, & multa tabulata tecta excitarent, maximasque domos maximis domibus imponerent, ut orator Aristides profertur fuisse. Itaque Augusto Casari, ne urbs ruinis laboraret magna mole ædificiorum, ne quis supra septuaginta pedes sublimis ædificaret, inbibere necesse fuit, licet ipse modicas ædes incoleret, & thoro modice infrato cubaret. Quod & Nero Casar post incensam urbem, dimensis vicorum ordinibus & vicarum spaciis, statuit, ne ultra præscriptum ædificia tollerentur. Quare Æmilius Porcina à L. Casio accusatus, & pænâ multatus fuit, quod villam nimis sublimem ædificasset. Prodrunt, Tyrnos adeo editas maximis contigentionibus domos aliquando struxisse, ut parum abfuerit, quin tota terræmotu corruerit. Idem.

Habet etiamnum Genua, ut ostendet ædificiorum superbiat: quomodo etiamnum Venetia, Neapolis: at nullam earum est, quæ cum Antverpia conferatur, si vulgatum

& civilium ædificiorum splendorem, ordinem, & commoeditatis spectata rationem quis consideraverit.

Sed jactet sua univerfus orbis ædificiorum miracula: habet Hispaniam apud Elcurios, quod reliqua præcellat & superet, quod Philippus II. Hispaniarum Rex, voto adstrictus, post memorabilem illam victoriam adversus Henricum II. Galliarum Regem ad D. Quintinum sanam obtentam, excitavit, & à loco, Elcuriale appellatur. Et fanè tantus est hujus ædificii splendor, ut describi non possit. Est enim in eomonasterium S. Laurentio, quod die victoria hæc obtenta, sacrum, imò quatuor monasteria totidem angulis constructa; & præter hæc, curia regia tam ampla, ut quatuor Regum habitatio sufficiat, tot auris, atrii, porticibus, conclavibus instructa. Fontes intra septa Palatii supra XL. tantulque ferarum & clavium numerus, ut specialis eorum præfectus debeat constium. Singula monasterii latera, quæ quatuor angulos habent, continent passus CXXIV. præter illud quod Regis palatium ambit. Bibliotheca hic visitat ad CLXXXV. pedes longa, lata XXXII. regio ornata, & librorum copia instructa. Est etiam hæc Academia insignis, in qua facultatum omnium disciplina traduntur. Omnia autem ex marmore variegato, Crystallo, Jaspide, aliisque pretiosis lapidibus fabricata sunt, ita ut merito omnium orbis miraculorum unicum hoc velut miraculum quis nuncupaverit. Illius Iconem in æs incisam, propoliut cuius inspicendam Abrahamus Ortelius Cosmographus celebravit.

Magnificientia & splendor, etiam communium ædificiorum civitatis Antverpiensis, spectandum se præbet in hoc Theatro, idque non immerito, cum illa hæc in se nulli alteri cedat. Eminent autem Hæreticæ congregationis domus, quæ & capacissima & mercimoniis recondensis peoportunata. Hanc sequuntur Aquiligranensium olim refugium, & Anglicæ Societatis domus. Verum utraque meliori Societatis munificentia Reipub. dedicata, longè majorem splendorem accipit, quam prius habuerat.

Pluræperies Titulo de Prodigaliitate in Edificia.

Quere nonnulla sub titulo de Tarditate, Celeritate in edificando.

Edificia Vilia, Sordida, Templa.

Fuit institutum Lycurgi apud Spartanos, ut domorum culmina securi, jantus verò terra discindant, ne quis insignis altero ædificaret. Quare Agestila domus ab inopi & privata haud dissimilis fuit, sicut Pompeij domus usque ad tertium triumphum. Alex. lib. 25. c. 24.

A principio urbis Rom. tam simplex vitæ cultus, ut rudicamento constructas domos, & scandalis robustis aut stramentis contectam urbem annos quadragesimos usque ad Pyrrhi bellum legamus. Idem.

De Apro, Martialis Epigrammatum lib. 11. sic scribit: Ædes emit Aper, sed quas nec noctua vellet Esse suas, adeo nigra vetusque casa est.

Vicinus illi nitidus Maro possidet hortos: Cœnabit bellè, non habitabit Aper.

Apud Calcutios Indos ædes regie, solum ex lapide structæ sunt: reliquis per leges minimè licet ædificare magnificè, quamvis ditissimi sint. Orosius lib. 2. rerum Em.

De origine Architecture & ædificiorum, Polydorus Virgilius lib. 3. c. 7. De ædificandi ratione, Bryson. lib. 1. c. 11. De Hædificiorum vanitate, Corvinus in Apoph. De ædificiis veterum & novorum, Rabel Volater. lib. 27. Duodecima hora ædificare quid sit, Calvus Rhodig. lib. 12. c. 9.

De Ædilis officio & munere, Plur. in Mario Livinus lib. 4. ab Vrbe condita, Vitruvius in præfat. lib. 10. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 4. lib. 6. cap. 1. Quando primum ædificas cœperit, & quod fuerit ædiles, & qui curules, & qui plebei, idem Alex. ab Alex. lib. 4. c. 4. De ædiliu edicto, Gell. lib. 13. c. 13. Loca ædilem metuentia, Calvus Rhodig. lib. 30. c. 19.

Ædiles.

QUI ET UNDE DICTI.

Ædiles Latini appellarunt à sacris & publicis Edibus tuendis. Græcis ἀγορευτικοί, à forti rerum, venalium cura, Fuit Romæ magistratus & honor; ut latius dicitur in loco de Magistratu: sicut et in municipiis, ubi quinquennalis Magistratus. Persius Sat. 1.

Qui Et Unde Dicti.

Qui Et Unde Dicti.

Qui Et Unde Dicti.

Qui Et Unde Dicti.

Qui Et Unde Dicti.

Qui Et Unde Dicti.

Qui Et Unde Dicti.

Italo quod honore supinus Fregere Plebeius Arreti Adilis iniquus. Erat namque illorum munus pondera injusta & mensuras iniquas auferre & frangere, & multare eos, qui illis utebantur.

GENERA DUO.

Apud Romanos Ædiliu duo ordines crant: quorum alter fella, quæ curvos haberet pedes, utebatur, in qua sedentes jus dicebant, & nomine Magistratus dicebantur: alter populatis ordo erat, à quo ad priorem fiebat provocatio. Plur. in Mario.

ELECTIO, & FUNCTIO.

Ædiles ex secundis & primis censibus, quinque eligendos Plato censuit. Nempe ut decem per suffragia eligerentur, è quibus quinque per sortès educantur, & approbentur.

Ædilibus circa forum omnia curia esse debent, & post templorum visitationem, omnia in foro curare eos convenit, ne quis injuriam inferat in his, quæ ad hominum usum pertinent. Plato de Legib. Dial. 8.

Idem munus obtinent & Æditi. Quos modò appellamus eos, qui fabricis Ecclesiarum præsciuntur, earumque proventus administrant. Dicti à tuendis ædibus.

Olim apud Romanos dicebantur Æditi five Æditumi, quasi ædium intumi, ut notat Pierius lib. 43. hieroglyph. c. 8. quòd ante ipsa templa sederent; quod etiam Hebræis usitatum, ut constat ex Psal. 69.

Quere pleraque in tit. de Magistratu.

Ægritudo.

Vide Morbus.

Ægri. Ægrotii.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

GER five Ægrotus, viciu & Græcis, pro usdem communiter fununtur; vult tamen Serrinius, Ægram tam Cædeimo, quam de corpore dici: Ægritudine de corpore tantum. Dicitur Æger juxta Isidor. lib. 43. quòd agatur infirmitate. Sed Festus ab æ voce dolentis deducit. Unde & veteres nigrum scribebant.

ÆRGA ÆGROS BENEVOLENTIA.

Nempe.

Joas Israelitarum Rex, Elisam Prophetam ægrum visitavit. 4. Reg. cap. 13.

Charitatis nomine laudatus Samaritanus, qui à latronibus cæsum fover, ejus vulnera obligavit, infundens oleum & vinum. Esti autem mysterium hic lateat majus, nihil tamen prohibet, rem gestam parabola loco fuisse à Christo addactam. Lucæ 10.

ALEXANDER Macedo, per Cabazam regionem duccens, senio jam consecutum militem Macedonem nimio frigore obstupetatum, ipse sublimi & propinqua igni sede confidens, animadvertit: factæque non fortune, sed ætatis utrinque estimatione, descendit: & illis manibus, quibus opes Davit affligerat, corpus frigore duplicatum in suam sedem imposuit: id ei salutare futurum duccens, quod apud Persas capitale extiterit, solum regium occupasse. Quid ergo mirum est, si sub eo duccetur tot annis militare jucundum dicebant: cui gratiarum militis incolumitas proprio fastidio charior erat? Val. lib. 5. c. 1. & Gron. lib. 4. cap. 6.

Pyrrhus Epitrotorum Rex, tenous exilimabatur opitulati, cum gallum gallinæum album immolans, supinis jacentibus lienem pede dextro premeret leniter. Neque erat aded pauper quisquam aut abjectus, cui petendi denegaret curacionem. Peracto sacrificio, gallum accipiebat, eratque hoc præmiu ei gratissimum. Illius pedis fetur pollex fuisse divina virtute præditus: ac cremato post fata ejus reliquo corpore, reperus inviolatus est, & intractus ab igne. Plur. in Pyrrho, & Plinius lib. 7. cap. 2.

Jul. Casar amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio comitante se per sylvestre iter, correptoque subita valetudine, & in diversorio loco, quod unum erat, cesserit, ac ipse humi, & qui dem sub dio accubaverit. Suet.

Cn. Pompejus Magnus, cum post bellum cum piratis gel. L. B. T. beat. vit. Human. Tom. I.

stum in Asia non tantum Mithridatem Armeniæ Regem potentissimum vicisset, sed fugasset etiam penitus, urbem Nicopolim in eo agro, in quo victoriam peperit, ædificavit: in eaque faucios milites, & eos qui jam per atatem bellum gerere non poterant, habitare jussit. Dion. Nicæus, & Xiphilinus.

M. ANTONIUS milites in expeditione Parthica infidils circumventos & vulneratos consolatus est, circumiens eos, lacrymarum plenus & dolore percitus. Plur. in Antonio.

TIBERIUS Cæsar Rhodi modicis contentus ædibus, nec multò laxiore suburbano, genus vitæ civile admodu instituit: sine lichore, aut viatore, gymnasio interdù obambulans, mutuaque cum Græculis officia usurpans, propè ex æquo. Fortè quondà in disponendo die, manè prædixerat, quicquid ægrotu in civitate esset, visitare se velle. Id à proximis aliter exceptum est: jusque sunt omnes ægri in publicam porticum defertti, ac per valetudinum genera disponi. Percussus ergo inopinatare, diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit; ex censans factum etiam tenuissimo cuique, & ignoro. Sueton.

TRAJANUS cum Decebalo Dacorum Rege in Tapis prelio congressus, Barbaros ingenti clade afflixit. Nec incruentia Romanis obtigit victoria. Sed quum multi vulnerati essent, fasciæque ab obligandas plagas desiderarentur, pro fauciorum copia, vestem sibi Trajanus confidit in eum usum, eamque militibus benignè partitus est: iis qui in acie cubuerant, aram construit & annus inferias. Sabell. lib. 4. Emm. 7. Idem solebat ægrotantes amicos visitare, deposita imperatoria majestate. Ausonius.

ADRIANUS Imp. ægros bis ac ter die, & nonnullos equites Romanos ac libertinos visitavit, solatis refovit, & consiliis sublevavit, instar privati hominis. Cuspin.

ALEXANDER Severus Imp. milites morbo affictos visitabat. Cuspin. & Lamprid.

GRATIANUS Imp. in amicorum officiis sedulus, liberalis, & aded comis, ut ægros sepe inviseret, medelis consolatos foveret, fomentis sanaret, & sumptibus aleret. Idem.

PLACILLA, Theodosii Romanorum Imp. uxor piensissima, cum reprehenderetur à suis, quòd ægrotos visitaret, atque pauperibus etiam liberaliter facultates suas elargiretur: respondit, Imperatrici largitionem, sibi manuum opus pro imperii adepti gratiarum actione convenire. Nicephorus G. Callestus lib. 12. cap. 42.

S. GERMANUS, quum in Italiam contenderet, Alpeque superaret, senem claudum, quem torrentem transire non posse profpexerat, propriis humeris trajecit. Bonfin. lib. 4. Det. 1.

MARTYRIUS monachus in Lycaonia sub Tybeto, ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud expatiatus, invenit inter eundum leprosum quendam, quem densis vulneribus elephantinus morbus per membra foveverat. Eum ex commiseratione humeris levavit, ac secum tulit. Cum ad monasterium venisset, spiritalis poter ejus monasterii magna voce clamare cœpit: Aperite portas, quia frater Martyrius venit Dominum secum portans. Inde statim leprosus ille de collo ejus desiliens, in specie ea apparuit, qua recognoscit solet ab hominibus redemptor generis humani Christus, & paulò post ad cælum Martyrio aspiciente sublatus est, subinde reclamans: Quoniam non erubuiſti, Martyri, me ferre in terris, ego non erubescam te gestare ad cælos. Gregor. super Euang. homil. 29. ex Epiph. Diac.

Concillavit sibi Galenus Pergamenus medicus maximè plebis & tenuioris fortunæ hominum animos, quòd medicæ Hæmentis simplicibus vulgaribusque, & paratu facilibus, plurimum urens, & recta victus ratione sine pharmacis, ubi id fieri poterat, curans, eorum, quos suscipiebat curandos, facultates minimè opprimeret. Quin etià ut meliori fide ac sumptu minore medicameta haberent cõposita, suis manibus pleriq; confecta officiosissimè ægris administrabat: in egenos interim non exiguam suarum facultatum portionem erogans, artemque ipsam non avaritia ductus, aut quæpiam cupiditate, sed propter solam virtutem piè simul & religiosè exercens. Ægros moribus placidissimis ita exhibebat, ut vel solo sermone eos videretur restituere. Gæsternus in ejus vita.

BALDUINUS I. Hierosolymorum Rex, Philarchi Arabis uxore gravidam, quæ secum in Arabica expeditione in preda captivam abduxerat, cum eam partus dolores in via obruiſset, benignissimè tractavit. Et enim recurrens deponi eam, ex ipsolique hostiæ subterni vestimenta jussit, amiculoque suo illam operuit, abique remanere cum domina servo jussu, ad quadam ex captivarum grege, quæ obstericis munere fungere-tur: simul camelo facta ad infantem eo lacte alendum relicta.